capiens mercedem prophete accepit. dum per sancti viri pre
nunciationem prehabitam miles ille devotus ſibi
de mortis ſubitacione providit. quatenus armis
penitentie premunitus perpetuam dampnationem evaderet.
et in eterna tabernacula introiret. Tempore quo
vir ſanctus Reate iacebat infirmus. prebendarius qui
dam nomine gedeon. lubricus et mundanus. infirmi
tate gravi correptus. et lectulo decubans cum
ad eum fuiſſet delatus. lacrimoſe rogabat cum
ſuis aſtantibus. ut ab ipſo crucis ſignaculo
ſignaretur. Ad quem ille. Cum vixeris olim ſecundum
deſideria carnis non veritus iudicia dei. quomodo
te cruce ſignabo. Verum propter devotas intercedenti
um preces. ſigno te crucis ſignabo in nomine domini.
Tu tamen ſcito te graviora paſſurum. ſi ad
vomitum redieris liberatus. Propter peccatum enim
ingratitudinis. ſemper peiora prioribus inferu
ntur. Signo itaque crucis ſuper eum facto. ſtatim qui con
tractus iacuerat ſurrexit ſanus. et in laudem dei pro
rumpens. ego inquit ſum liberatus. Inſonuerunt
autem oſſa renum eius audientibus multis. velu
ti cum manu ligna ſicca franguntur. Paucis